



Antiquae Lectionis Tomus ...

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -
Quorum Catalogum versa pagina indicat

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1604

22. Vita Henrici Prioris Oxenhusani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

Vita

NOBILIS VIRI
HENRICI

^A
ZWIFALTACH
SVEVI,

in Monasterio Ochsenhausano

PRIORIS

Religiosissimi.

Scripta

^A

MONACHO OCHSENH A V.
S A N O.

*Nunc primum in lucem edita ex m. s.
codice Monasterij Ochsen-
hausani.*

Pppp 3

Vita



VITA VIRI RELIGIO-
SISSIMI, QVONDAM IN
Ochsenhausen Monasterio Prioris,
Henrici.



Ocius bonitatis autor Deus, qui omnes seculi libe-
ris aetates, singulari semper aliquorum vita & sancti-
te consuevit illustrare; nostra quoq; tempora in sancte
memoriae HENRICO quodam nostrae obedientiae Pri-
bytero & Monacho dignatus est visitare. Hic itaq; vir beatus in STRA-
VIA, apud villam, quae vocatur ZWIFALTACH, nobili genere natus, dis-
scendi gratia in eodem loco litteris est deputatus. Quibus, pro ex-
modulo, satis diligenter consecutus, annos ingressus est iuuentus, &
totis se continuo vanitatibus seculi immergit, relicto itinere salutis,
sed quia diues est in omnes gratia Saluatoris, tam mirabiliter, quam ve-
tiam velociter hunc in viam pacis, de semita reducit erroris. Quodam
deniq; die, cum se in praefata villa quibusdam choros ducentibus sol-
ta miscuisset lasciuia mentis, repente inter ipsa ludantium lasciuia, &
punctus est miseratione DEI omnipotentis. Et quoniam in conuer-
pctore nescit tarda molimina SPIRITVS SANCTI gratia, abdicatis
mox lasciuorum votis, valedicere cepit amicis & notis: professus re-
nunciare se velle negotiis seculi totis. Illis autem non credentibus, &
quasi ludo haec diceret, irridentibus; ipse nihil moratus, ad hanc nostram
cellam, quae antiquitus OCHSENHAUSEN nominatur, conuolauit, seque
Monachum fieri summa cum deuotione postulauit. Mirantur fratres
tam subitam eius conuersionem, diuq; non credentes, in regularem
recipiunt probandum, vt moris est, probationem. In qua per omnem
patientiam probatus sub voto Monachi, tandem est congregationi
sociatus. Ab hinc & deinceps quanta cor dis contritione poenitentiam
ege-

egerit de sua priori conuersatione, nulla verborum, arbitror, explicari posse ratione. Corporalis tamen disciplina tanta in se usus est seueritate in sua confessione, vt septenos plerunq; Psalmos sub ipsa flagelli legisse referatur castigatione. Totus præterea semper in oratione, totus erat in lectione, totus in vigiliis, non minus in ieiuniis, & vt breuiter liceat omnia fari, quidquid est virtutis, in ipso quasi in aliquo relucebat exemplari. Tantus itaq; cum esset, ac talis, obedientia cogente, licet multum renitens, PRIOR hic factus est claustralis. Iamq; pro vita singulari ab omnibus per circuitum populis cepit frequentari. A quibus etiam in tanta habitus est veneratione, quod ex eorum oblatione multimoda, & donatione, quam ex PRIORIS sui, quamuis inuitus, suscipiebat iussione, ipsum Monasterium, sicuti hodie hic est cernere, mirifica tam in libris, quam in picturis decorauit compositione. Sed iam quibus virtutum signis sanctitatem eius mirificando DOMINVS voluerit declarare, ad gloriam DEI, & legentium profectum veraci narratione tentabimus enarrare.

Calu accidit, vt eo præsentente tectum maloris Ecclesie flamma corripens in flammaret, & iam violentia sua totius Ecclesie incendium minitaretur, quam pro difficili accessu ipsius ædificii nullus posset extinguere vel sedare. Ipse vir Dei eandem ingressus Ecclesiam, & ante altare SANCTI GEORGI in modum CRVCIS prostratus, Dominum pro imminente periculo fide integra est deprecatus. quod ipso facere inchoante, mox mirum in modum quasi magno aquarum turbine inundante, infra breue, hoc est, vnius horæ spatium, totum conquecuit incendium.

Quidam præterea puer claudus in hospitali huius cenobii manebat, qui neruis pedum naturaliter contractis, duobus lignis sustentatus, reptare per manus solebat; cui die quadam vir DEO dignus ligna, quibus se gerebat, de manibus auferens longius proiecit, & quod non necessitate, sed voluntate taliter incedere soleret, tanquam inrepans, eidem obiecit. Deinde velut docens eum ambulare, cœpit cum illo huc illucque gyrare, ea videlicet intentione, vt quasi non virtutem, sed artem exercuisse videretur in illius sanatione. Quid plura? puer sanatur de sua sospitate gaudebat, diuque negato, pedum reddito sibi officio restitit incedebat.

Quan-

Quandam etiam feminam, quæ per multos annos detritam pal-
sa fuit oculorum, in eodem loco curavit, benedicens eam cum reliquis
is Sanctorum, quod factum mulier longè lateq; divulgavit. Sed ipse
non suo merito rem gestam esse proclamans, dura verborum inno-
patione, prout potuit, hanc castigavit.

al. Zyvi-
salrachesi.

Erat quoq; huic Sancto viro soror quædam in castro ZYVI-
DENSI, unde ipse, ut dictum est, fuit oriundus. Cui licet sub vinculo
coniugali constituta totus omnino aruerat mundus. Hanc cum ea-
dem, quæ & mortua fuit, infirmitate comperisset laborare, pietate de-
ctus statuit visitare. Quæ cum per multas horas in extasi posita, con-
ctos qui aderant, dubios de sua vita reddidisset populos, ipso tamen
astante diu clausos aperuit oculos. Post hoc rogans eos, attentius in-
stare litanis & orationibus, ipsum, in quo iacebat, cubiculum horre-
dis, dixit plenum esse daemonibus. Eademq; hora confessa est coram
omnibus, vidisse semultos de sua cognatione à penis liberatos. In-
cis HENRICI fratris sui orationibus. Quos hæc cum designasset per
nomina singulorum, confestim mortua est, morte, sicut optauerat, sa-
storum.

His aliisq; quam plurimis signis, vir Dei mundo manifestus
verè nostris temporibus iustus inuentus est & probatus. Post multos
denique pro Domino toleratos labores, mortales demum incidit
languores, pridieq; Nonas Nouemb. morte felici defunctus CHRIS-
TO in cœlestibus est coniunctus. Sepultus est autem in hoc MONAS-
TERIO, ubi & in vita seruierat CHRISTO, fama; nominis & sanctita-
tis celebris per omnem SYEVIAM manens vique in præsentem

diem omnibus his, quæ de ipso erant, & quæ

nos retulimus, plenam reddit
fidem.

Finis cum DEO meo.

20/20

7

Syno-